



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. An Prædestinatio gloriæ Sanctorum intentionum aliquam
diuinam formaliter claudat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

reprobi. Quarto eis absolutis compellationibus utro-
rumque non contentus Paulus exemplo figuli, & mas-
se pro ipsius arbitrio in vasa ad hoc, vel illud mini-
sterium formandæ illis verbis numero 21. rem expli-
cuit. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem
massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud ve-
rò in contumeliam?* Notas alias vnam absolute præ-
destinatorum, aliam absolute reproborum, his imme-
diate subiunxit numero 22. & 23. *Quod si Deus volens
ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit
in multa patientia vasa iræ apta (permittitque à Deo
parata ac vitio suo facta materia idonea solum) in
interitum, ut ostenderet diuinitus gloria sua in vasa mi-
sericordiae, quæ preparauit in gloriam: apta vero vasa
iræ in interitum ex Dei permittit electione, & præ-
paratione, ac vasa misericordiae preparata à Deo posi-
tuo affectu, & electione in gloriam, quidam aliud
quam absolute prædestinati: Denique Patres, & Con-
cilia de absolute prædestinatis, ac reprobis intelligunt,
ac validissime illo loco prædestinationem, siue adæ-
quate, siue inadæquate sumptam ex naturæ meri-
tis Pelagianis, vel Semipelagianis non esse inretra-
gabiliter concludunt, ut videbimus d. 4. questione se-
cunda.*

7. Quartum testimonium pluribus constat ex Euan-
gelio ubi electorum nomine prædestinati ad gloriam,
siue absolute & prædestinati omnium Patrum & inter-
pretum concorditer intelligentia asseruntur. *Matth. 20. ex
parabola operariorum vineæ concludit Dominus. Multi
enim sunt vocati, pauci vero electi, numero 16. in
quam sententiam verbis eisdem iterum concludit Do-
minus capite 22. numero 14. ex parabola alia nuptia-
lis conuiuij, ex quo ligatis manibus, & pedibus in
tenebras exteriores electus est conuiuii, qui absque
nuptialis veste conuiuij assederat mensæ, & capite 24.
de postrema Antichristi persecutione frangendis san-
ctitate, & Spiritus robore validissimis Christianis pari-
ar numero 22. Et, nisi breuitati fuissent dies illi
non foret salua omnis caro: sed propter electos breuias-
sunt dies illi: quam sententiam scripsit ita Marcus
capite decimotercio, numero 20. Et, nisi breuissset
Dominus dies, non fuisset salua omnis caro, sed propter
electos, quos elegit, breuissset dies: quia scilicet ea
breuisione dierum non frangendi vili prædestinati,
& electi illi sunt, ac fuere ad infallibiliter obtinen-
dam gloriam prædestinati, qui proximiori persequu-
tionem sub eisdem auxiliis, per quæ prædestinati
sunt, frangendi, atque à iustitiæ perseuerantia, &
gloria deciluti conditionate videbantur. Numero au-
tem 22. *Exurgent enim Pseudochristi, & Pseudo-
propheta, & dabunt signa, & portenta ad sedu-
cendos (id est potentissima de se se, ut seducant)
si fieri potest etiam electos: quod ipsum Matthæum
dicto capite 24. numero 24. sic scribit. Surgent enim
Pseudochristi, & Pseudopropheta, & dabunt signa ma-
gna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur
(si fieri potest) etiam electi. Parenthesi vero, si fi-
eri potest, utrobique adhibita, consequens impossi-
bilitas erroris, & peccati finalis absolute, ac sim-
plicitate prædestinatorum ad gloriam propria signifi-
catur, ut patet: cuiusque utroque Evangelista-
rum horum capite electorum nomine sæpe repetito,
roties prædestinatos de facto à Deo, ac subinde
existentiam prædestinationis Sanctorum in illo asse-
ri, atque enunciari, ut præter dicta numero 31.
Congregabit electos eius, apud Matthæum, &
apud Marcum numero vigesimo septimo.
Congregabit electos suos
cuius.**



DISPUTATIO II.

De essentia Prædestinationis.



QUÆ sub disputationis titulum exami-
nanda veniunt, breuem facillimeque de-
cisionem apud nos habere, si vero de
miliores tradendis solum, non etiam
de Scholasticorum aliorum doctrinis lo-
tores instruire curemus, atque illis
legentium æquiuocationi expostis locutiones in ap-
petum Theologum ceteris, vel admitendum, vel re-
ciendum seculum deducere. Primo ergo examinandum
est: an prædestinatio Sanctorum Dei intentionem, siue
inefficacem gloriæ ipsorum includat. Secundo: an effi-
cacem gloriæ ipsorum in Deo intentionem absolute
supponat? Tercio: quid demum claudat, quidque sit di-
na Sanctorum prædestinatio?



QVÆSTIO I.

An Prædestinatio gloriæ Sanctorum
intentionem aliquam diuinam
formaliter claudat.

Dixi formaliter; nam interpretat, seu virtualiter
intentionem aliquam gloriæ Sanctorum ad illam
infallibiliter, certoque obtinendam nulli Theologorum
dubium hactenus fuit esse potest, quia in prædestina-
tione Sanctorum claudatur: cum hæc, ut minimum, for-
male medium efficaciam, ceteroque eam ipsam
gloria coniungendorum claudat electionem multiplex
medij alicuius ad finem electio absque finis intentione
formali, saltem præsupposita esse, concipitur ab ab-
quo ita eligente valeat. Dixi etiam aliquam: quia in
illis Doctoribus, qui gloriæ ipsorum ipsorum intentionem
formalem in prædestinatione ipsorum claudi volun-
trantur, nonnulli efficaciam gloriæ ipsorum intentionem
esse volunt; alij vero, nec efficaciam de facto nec
de possibili contendunt. Quare de hoc speciali pro-
mum agemus, ut locus posterius disputandi de prima
maneat locus.

CERTAMEN I.

Prædestinatio efficacem gloriæ Sancto-
rum intentionem formalem
minimè claudat.

1. **P**rædestinationem sanctorum ad gloriam effi-
caci Dei intentionem de ipsorum gloria for-
malem continere: immo & in hac sola formali intente-
ne efficacem gloriæ Sanctorum eorum prædestinationem
consistere, docere Alexand. 1. part. quest. 23. m. j.
Ockam. Gabriel. & Guill. de Rul. in 1. d. 43. & 41. Sum-
menis 6. Biblioth. annot. 31. Cathen. de prædesti-
natione

ratione lib. 3. cap. 2. & 3. Camer. Dialog. Cathol. cap. 2. & alij apud Turrian. opusc. de electione: censent enim prædeterminationem idem prorsus, atque electionem absolutam ad gloriam, nec quidpiam aliud, nec aliam, alterutram esse; siquidem ut vidimus disp. 1. q. 2. cert. 2. in 3. prædeterminati in Evangelio electi synonymè dicuntur; tametsi eorum aliqui, (ut Oxam, & Gabriel) minore consequentia doceant ex sanctis proloquio (scilicet non eximie prædeterminatos) non esse ante absolutam ipsorum meritum ad gloriam absolute electos; cum tamen, etsi non eximie prædeterminatos absolute esse fateantur: quod fieri non potest, si electio absoluta efficax ad gloriam idem, quod absoluta prædeterminatio, valeat atque utraque synonyma vox sit, quam inconsequentiam vocum incurrit citati reliqui (præter Camerarium adherentes electionem absolutam formalem efficacem ad gloriam ante prædicta absolute sanctorum merita non esse; cum tamen per ipsos, & Theologos reliquos sanctorum merita prædeterminationis effectus sunt, ad quæ proinde prædeterminatio antecedit. Catherinus ab hac inconsequentia se liberauit, asserens solos illos pauculos eximie, seu ante merita ipsorum absolute prædicta a Deo ad gloriam efficacem ab intrinseco voluntate, & intentione formali gloriæ ipsorum ad gloriam electos esse, dicique absolute prædeterminatos. Sed tamen temerarij, atque in fide periculosa propositionem incurrit (ut vidimus d. 1. q. 1. cert. 3. in 4. & 5.) dum se inturum à vocis inconsequentia recipiunt.

1. Scotus in 1. d. 40. q. 1. docet, prædeterminationem esse electionem creaturæ in electis est aciem ad gratiam & gloriam. Vocat autem electionem, non quatenus electio de voluntate dandi media ad finis intenti consequutionem, vulgo à Philosophis, & à Theologis cum Sancto Thoma 1. 2. dicitur: cum enim finis a Deo prædeterminante intencus sit gloria prædeterminationem, omnium sententia, voluntas quævis Dei prædeterminantis erga prædeterminationem gloriam, sue antecessus prædeterminationem, sue inclusa formaliter (ut vult Scotus) in prædeterminatione ipsa, nequit esse eo sensu electio, sed fuitentio: vocat ergo Scotus electionem efficacem illam gloriæ prædeterminationem voluntatem formaliter in prædeterminatione includam, quatenus per illam prædeterminati ex tota intellectione, sue Angelorum, sue hominum massa præ aliis non prædeterminatis eliguntur, vel eliguntur; unde, & electi absolute in scriptura dicuntur, (ut nuper observauimus d. 1. q. 2. cert. 2. in 7.) atque præ aliis ad gloriam destinati, ac sermone proprietate prædeterminati, ut diximus disputatione eadem, q. 1. cert. 3. prioritatem affectuam intentionalem in prædeterminatione significatam explicantes: sed nec Scotus dubiam suam hanc mentem reliquit. Huic enim sententia de inclusione voluntatis formalis efficacis Dei erga prædeterminationem gloriam insistentem in 3. d. 7. q. 1. ait prædeterminationem esse præordinationem alicuius ad gloriam principaliter (hoc est finaliter, & tanquam ad finem præcipue, & propter se volumus) & ad gratiam in ordine ad gloriam, utique ad finem. Sequuntur præceptorem hac etiam in re secutis, & alij, in quibus S. Thom. dum aiunt prædeterminationem esse præparationem gratia in præsentia & gloriæ in futuro eius autem, cuius, nec solum ad quod, prædeterminatio est, efficax voluntas est, ut patet in prædeterminatione mediorum ad finem, seu gratia auxiliantis ad gloriam, quibus consensit Soarius 1. de prædeterminatione cap. 5. n. 11. contendens ex scriptura electionem ad gloriam, quam ante merita efficacem esse censet in prædeterminatione includi.

3. Induci pro hac sententia potest Augustinus cap. 3. de prædeterminatione Dei ubi ait prædeterminationem remunerationis, quæ idem est, ac gloria: ac frequenter vocat eam indifferenter prædeterminationem, ac præparationem gloriæ, seu ad gloriam atque gratia, seu ad gratiam ut cap. 100. enchiridij ut utramque æque efficaciter prædeterminatione sua velle, ac præparare electis suis Deum ostendat. Eadem ratione pro hac secunda sententia adduci possit Fulgentius 1. ad Monimac, cap. 8. & 13. dicens: quos prædeterminat ad gloriam prædeterminat etiam ad meritum. Quibus significat æque directe, & efficaciter in gloriam atque in gratiam iustificantem, & subinde auxiliantem, ut prædeterminatus iustificetur (quæ ideo

iustificationis dici solet) Deum fieri prædeterminatione sua. Ex his tamen Augustini, & Fulgentij (ut suspicor) locis duplicem prædeterminationem in Deo distinxerunt nonnulli, quos Turrianus citato opusculo de electione sectatur: nempe prædeterminationem alteram ad gratiam, & merita omnia prædeterminat, undecunque habita seu habenda antecessentem: alteram ad gloriam ex meritis gratiæ illa prædeterminatione paratæ, paratæque à Deo habitam, & posterius conceptam. An vero ex utraque hac prædeterminatione, & præparatione efficaci voluntatis diuinæ una gratuita & liberali gratia, altera ex meritis & remuneratoria gloriæ prædeterminationem adequatam, & simpliciter & absolute talem constituent: ut secunde huic sententiæ videantur annuere non expriment. Censeo autem illos ab hac sententia longe distare. Non primam liberalem prorsus gratia, siue ad gratiam auxiliantem prædeterminationem ob finem gloriæ conceptam à Deo fuisse supponunt potius, quam negent: quare & ea supponunt in prima prædeterminatione electionem efficaciam mediorum ad gloriam, & ob gloriam intentam eis mediis infallibiliter, certoque obtinendam: quare & prædeterminationem, de qua agimus simpliciter & absolute talem contineri.

4. Dicendum nobis est: intentionem, seu electionem gloriæ prædeterminari præ alio efficacem formalem in prædeterminatione non includi, neque illam solam esse Sanctorum prædeterminationem: est contra citatos pro duabus antecessentibus sententiis, & fortasse contra Soaristas omnes, qui cum præceptore tanto electionem ad gloriam formalem ante prædicta merita efficacem admittunt. Est autem conclusio omnium, qui prædeterminationem omnem actus liberi nostri cuiusque effectus determinati negant: eos retuli controuersia 4. de volunt. d. 6. quæst. 2. Probatur facile conclusio: gloria prædeterminationem executionis, siue in executione danda illis à Deo est propter merita, & pro meritis absolute antecessis cuiusque ipsorum sed cum electione prædeterminari præ non prædeterminato, seu intentione formali efficaci gloriæ ipsius pugnat executione donari ipsi gloriæ à Deo propter merita, seu pro meritis absolute antecessis, si eiusmodi intentio, seu electio formalis efficacis gloriæ prædeterminatio sit, vel in prædeterminatione includatur: ergo nec prædeterminatio est: neque in prædeterminatione includitur: consequentia est evidens. Maior est dogma fidei contra Lutherum, & Nouatores statuendum d. 4. de effectibus prædeterminationis q. vlt. Minor probatur: prædeterminatio præcedit prioritatem naturæ, & causalitatis gratiam auxiliantem, & iustificantem, à quarum altera merita condigna vitæ æternæ, atque ex executione donatione gloriæ præmiandæ, oriuntur, atque ab altera formaliter dignificantur, quæ proinde, ac subinde merita effectus prædeterminationis sunt, ut dogma Theologicum, fideique, ut minimum proximum, fert: Ergo intentio, seu electio illa formalis efficacis gloriæ prædeterminati, & eius vel prædeterminatio est, vel prædeterminationem intrat vel constituit utramque gratiam & bona opera prædeterminati ob illa: & pro illis absolute antecessis præmiandi natura, & causalitate antecessit. Infero inde: ergo abolet eorum operum libertatem, ac subinde meritum: ergo pugnat cum executione donationis gloriæ à Deo propter merita, quibus sublati dari ob illa gloriæ à Deo repugnat.

5. Vltima hæc illatio evidens ex penultima est: quam sic proba: omnis causa, & principium præcedens naturæ, & causalitate ad suum effectum, atque intrinseca sua natura, & essentia physice, & realiter connexum cum eo effectus sui libertatem euerit; atqui efficacis illa intentio, seu electio formalis gloriæ prædeterminati præ non prædeterminato, quæ vel prædeterminatio est vel intrinsece prædeterminationem constituit, per alterutram sententiam præcedit naturæ & causalitate opera prædeterminati, tanquam effectus suos, atque ac prædeterminatio, quæ est, vel quam intrinsece constituit, ut vidimus, & de se patet: insuper ex predicato intrinsece suæ efficacis naturæ, & essentia connectitur physice cum operibus prædeterminati, tanquam effectibus suis: Ergo abolet eorum libertatem, ac subinde meritum discursus est legitimus. Maior abunde à nobis probata est controu. 4. de volunt. d. 6. q. 2. contra omnem prædeterminationem actus liberi, siue regulatam per scientiam mediam, quam essentia con-

nat, & obiecti subinde libertatem, siue non regulatam pro eiusmodi scientiam, & præcedentem ab actus præfinito libertate. Minor probatur: quia, vel intentio illa, & voluntas efficax gloriæ prædestinati ob huius merita donanda est de eius donatione secundum se sumptæ independentem seu præsciendō à meritis, & à ratione præmij illorum in ea donanda, vel est de ea donatione gloriæ propter merita, & opera honesta prædestinati, ut volunt Soariste, & quicunque verosimilius de electione ad gloriam prædestinati ante absoluta eius merita philosophantur, ut eam cum operum prædestinati libertate, ac subinde laudabilitate, & merito componant: utrovis modo efficax illa formalis intentio & voluntas dandi gloriam prædestinato; quæ prædestinatio sit, vel prædestinationem constituat, iuxta has opiniones, antecedit pugnat cum donatione executiua dandi gloriam ob merita prædestinati, ergo.

6. Minor proxima probatur: Etsi enim voluntas seu intentio antecedit efficax dandi gloriam prædestinato præfinitur à ratione ob merita executiue, nec tamen neget, ac proinde de se se indifferenter Deum relinquit, ut ob merita, vel secus executiue gloriam prædestinato donet: ut tamen executiue ob merita donet non aliter fieri potest, ni eligendo auxilia de se indifferencia, & ab extrinseco efficacia ex efficaci illa intentione, & voluntate antecedente formali dandi gloriam prædestinato, ex qua illa eligit media, ut per opera prædestinati de facto ita executiue, ac non alia via independentem à meritis, donetur, ut ex ea intentione, & voluntate efficaci possit: aut ea auxilij electione posita antecederet etiam ad prædestinati opera, & coniuncta necessario cum efficaci illa intentione, & voluntate donationis gloriæ etiam antecedente, ut ex illa executiue gloria à Deo donetur, nequeunt opera illa à prædestinato antecedenti vlla potestate non apponi; ac proinde de necessitate antecedente, & nusquam ex antecedente libertate, seu indifferente potestate: quare nec libere ac meritorie opera illa apponentur: ergo neque executiue gloria prædestinato poterit eo modo donari, ut dicebamus numero 7. Antecedens est certum. Nam coniunctum illud voluntatis efficacis dandi gloriam secundum se prædestinato & electionis auxilij, ut opera exerceat, ob quæ executiue gloria donetur secundum se totum antecedens natura, & causalitate est opera illa à prædestinato elicienda; ac insuper ratione efficacis intrinsecæ illi antecedenti intentioni, & voluntati donandi gloriam prædestinato prædeterminatæ iam, ut sit per opera prædestinati, essentialiter, & intrinsecè connexum physicè est cum operibus prædestinati: atqui, ut ex controuersia quarta de voluntate d. 6. q. 2. omne principium, & causa antecedens natura, & causalitate effectum, & operationem, & de se, ac natura, & essentia sua intrinsece connexum cum illo affert necessitatem antecedentem potentie effectus, ac destruit vtriusque libertatem. Dices Deum cum ex efficaci illa intentione donandi gloriam prædestinato illum modum donandi gloriam propter merita prædestinati eligit de facto, eligere etiam, ut cum libertate, siue qua merita esse nequeunt à prædestinato fiant: ac proinde non posse non libere à prædestinato fieri, ne Dei voluntas efficax de eorum operum libertate frustratur. Recidit solutio in secundum modum intentionis, seu voluntatis efficacis antecedentis ad merita de donanda gloria prædestinato ob merita, quem hoc numero impugnandum etiam suscepimus, & facile: quia eiusmodi voluntas antecedens efficax de opere eliciendo, si efficax absolute natura, & essentia sua, & ab intrinseco sit de opere, & eius libertate simul est de obiecto contradictorio, & repugnante, ac subinde impossibili: nempe, ut non possit opus, seu res absolute non esse ex vi antecedentis necessitatis ab intrinseca antecedentis eius præfinitionis Dei efficacis inductæ, ac insuper ex vi præfinitæ à Deo efficaciter libertatis operis, vel rei illius non possit non opus illud bonum ita à prædestinato esse: ut absolute possit antecedenti potestate non esse: quæ sibi manifeste contradicunt, ut vidimus etiam citata illa quaestione 2. & fusius tom. 1. de Deo vno controuersia 3. d. 1. quaest. 6. ubi solutionem eandem adhibiram à Thomistis Recentioribus Dominicis pro decreto

concurrenti ad actum liberum cum agente, seu causa secunda libera argumento huius nostri malis dilectum etiam ex doctrina euidenti, & logicis puerili nota in modalium propositionum contradictoriarum assignandis. Hoc argumentum hic perfectius sum ut quaest. 3. de electione ad gloriam ante, vel post præfinita merita proxime hic semel possum facile, ac sine cursu ad totum illum primum de Deo vno possit lecturibus inferuire. Qui autem solutiones alias, quæ vtriusque, minoris verisimilitudinis specie possunt et adhiberi, & earum impugnationes videre desiderant controuersiam quartam de voluntate Dei d. 6. quaest. 6. adeat, & citatam ex t. r. de Deo vno controuersia 3. disputatione quaest. 6.

CERTAMEN II.

Occurritur obiectionibus.

1. **R**estat autoritatibus memoratis pro prima, & secunda sententia num. 1. 2. & 3. satisfactum illud quod in Evangelio prædestinati synonyme electi nominentur ad gloriam, constat ex dictis d. 1. q. 1. certum, numero 3. prædestinationis nomine prælationem eam intentionalem affectuam Dei erga prædestinatum per non prædestinato, seu reprobo ut patet per sententiam proprietate significari, quæ etiam verbo *erga & electio* pro proprietate sermonis significatur: est enim et aliis relictis *lego*, idcirco prædestinati electi, & prædestinatio electio dicitur: non quia dicat efficaciam eam, seu effectum, & finem, ad quem *lectus* rebus præ aliis relictis *electus* prædestinatus dicitur, quam electio non personalis sed mediocrum, ac (ut sic loqui) modalis respectu mediocrum, aut rerum præ aliis electum solet importare. Quod autem S. Thomas dicit prædestinationem esse præparationem gratia in præfinito, & gloria in futuro, nec solum ad gloriam, solum probat illam esse mediocrum efficaciam ad illam consequentem gloriam efficacem voluntatem, quæ sola propriissime gloria præparatio est. Augustini locus ex capite 3. de prædestinatione Dei non Augustini, cui is liber expositus, sed Hieronymi Augustini, ut erudit Ecclesiasticorum Scripturarum Interpretes iudicant.

2. Item locus ipse satis ostendit Auctorem de prædestinatione propria Theologica quæ in omni bono & catholica Theologia merita absoluta prædestinati cum prima præcedit, non loqui, sed de eternis & remuneratiua præmiandi merita, præfinita omnia voluntate, quæ proprie prædestinatio, de qua hic, non est: cum eam remuneratiua prædestinationem appelleret, et sola eius voluntatis ad remuneratiua eam voluntas est, & ad merita remuneranda præcedentia duratione et Dei eternitate: quod vero gloria vel ad gloriam fieri gratia vel ad gratiam prædestinationem capta. Hieronymi atque alibi dicit Augustinus. nihil pro efficaci voluntate gloriæ prædestinati in prædestinatione absolute tendit præstat, ut constat ex dictis ad testimonium S. Thomæ. Fulgentij locus nihil magis interio aduersantium sententiarum fauet: solumque proinde his omnibus euincitur prædestinationem gloriæ, seu ad gloriam seu præparationem mediocrum efficaciam ad illam accessum ex aliqua gloriæ intentione, saltem præsupposita, vera, & seria oriri debere, utpote mediocrum ad gloriam, & finem, realem formalem electionem. Dicitur saltem præsupposita vera, & seria intentione, ne præfinitur nunc post modum disputanda definitur: in formatur vera intentio aliqua gloriæ, et non intrinsece efficitur vera intentio aliqua gloriæ, et non intrinsece efficitur. De quo certum est, in prædestinatione claudatur: De quo certum est, An præsupposita præfinitione ad gloriam Theologica, ac proprie acceptæ, intentio (quæ electio ad gloriam vulgo à scholasticis Recentioribus nominatur) efficax sit, esse debeat: De quo quaestione secunda.

3. A ratione opponens: si in Dei prædestinatione ad gloriam prædestinati sola mediocrum efficaciam ab extrinseco

seco (quæ tantum admittimus) electio efficax respectu illorum claudatur, non autem efficax etiam gloriæ prædestinati intentio, seu voluntas liberum prius Deo erit positis mediis omnibus, ac meritis etiam condignis gloriæ, à prædestinato gloriæ illi non præstare de facto: siquidem merita, etiam condigna iusti, in gratia adhuc obcurrent, tamen de se condigna, & præmio gloriæ morali æstimatione æqualia sint, ac subinde gloriæ à Deo in præmium exigant de se se, non tamen de se exigant exacte, ex iustitia, iure stricto quæsitio per illa prædestinato contra Deum: sed præcarior, seu deprecatorie: ad eum certe modum quo causa physica adquate, & cum omnibus requisitis ad operandum à Deo concutitur exigit, deprecatorie solum, non exacte, & iure stricto sibi contra Deum parato: de merito condigno secundum intrinsecam omnia operis, & dignitate operantis spectato certum omnibus Theologis est, atque à ratione sumum, ut constat ex controversia de merito d. de merito condigno. Si autem possit Deus gloriæ absolute ita prædestinato negare absque efficaci gloriæ voluntate, fiet, prædestinationem posse absolute coniungi cum gloriæ de negatione, ac subinde non esse præparationem beneficium Dei, quibus certissime liberantur quicunque liberantur, ut sanctus Augustinus vniuersa Theologia prædestinationem definit: quare nec prædestinationem esse: ergo debet voluntas efficax gloriæ prædestinati, ratione cuius liberum Deo non sit (ut alias esset) gloriæ prædestinato negare in ipsa eius prædestinatione includi.

4. Respondetur: nihil ad rem præsentem argumentum præstare: est enim voluntas, seu intentio efficax gloriæ prædestinati formaliter in prædestinatione non claudatur, sed solum præsuppositiue præcedat, non potest Deus donatione gloriæ prædestinato condignis meritis illius decedenti abstinere, nedum postuere resistere. Ne vero pro præcedentia ad prædestinationem illius voluntatis efficaciæ, & intentionis gloriæ prædestinati, seu electionis eius ad gloriæ ante præuia merita posita argumentum idem recurrat. Respondetur: omni soluta efficaci voluntate, siue inclusa, siue præsupposita ad prædestinationem liberum Deo absolute non esse gloriæ prædestinato cum merito eius condigno decedenti deegare: cum ex Scriptura Sacra Patribus, & tota Theologia constet illam ita decedentibus Deus exacto promissis, nec minus promissis stare ex fidelitate, quam decretis ex efficaciæ, & constantia voluntatis teneatur. Secundo: ad infallibilitatem, ac certitudinem salutis æternæ prædestinati obtinendam per prædestinationem opus non est, ut potestatem etiam antecedente non obtineri à prædestinato salus nequeat, cum ei bene, vel male operandi, etiam finaliter relinquatur, ac subinde amittendi salutem, antecedentem potestatem: solum ergo certitudo illa, & infallibilitas, & necessitas consequentis salutis à prædestinatione, & impossibilitas, seu impotentia non consequentia illam, quæ prædestinatione includitur, consequens esse ratione scientiæ mediæ ex cuius directione electio mediæ, sub quibus in gratia decessus conditionate prædestinatus viuis est si donentur, à Deo concipitur, & cum scientia mediæ prædestinationem constituit, per quam mediæ absoluta positione purificatur conditio, qua posita nequit non necessitate logica, & consequente conditionatum in absolutum transire.

6. Cum autem (tamen si Deus gloriæ in gratia decessus prædestinatis non promississet) scientiam etiam mediæ de suis decretis contingentibus habeat, vel ea sola (absque promissione vlla de suo decreto dandi gloriæ prædestinato, si in gratia decederet, illam prædestinaret) certitudinem, & infallibilitatem consequendam per mediæ illa gloriæ à prædestinato, etiam quatenus penes Deum est, prædestinatio: haberet ratione consequentis necessitatis decreti illius absolute dandi prædestinato gloriæ purificata beneficio prædestinationis conditione decessus prædestinati in gratia, sub qua conditionate futurum à Deo decretum illud præuium ab ipso est quauis nec excluditur.

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

sa, vel præsupposita ad prædestinationem intentionis efficaciæ, & suæ constantia voluntatis, nec antea suæ promissionis fidelitate, nec meriti condigni exacti iuris contra Deum quæriti exigentia, necessitatem antecedentem decreti dandi absolute gloriæ prædestinato haberet: sed liberam prius illud decretum omittendi, ac indifferentem potestatem. Solutio hæc lucem recipit ex dictis controversia sexta de prouidentia d. 2. quæstione secunda, certamine quinto, & dicendis hic quæstione secunda, ut ex iactis hoc tomo secundo, & 1. de Deo vno principiis facilem, veramque prædestinationis diuinæ certitudinem, & infallibilitatem cum prædestinati libertate concordiam à Molina nostra illustratam breuissime explicabimus. Quod autem Deus suorum contingentium decretorum conditionate futurorum scientiam etiam mediæ habeat ostendimus tomo primo, de Deo vno, controversia secunda, de scientia d. 5. quæstione tertia, certamine secundo, atque ab vrgentiori subtiliorique difficultate, quæ Molinam, & ingeniosos alios Recentiores nostros turbauit, vindicauimus certamine 3. à numero sexto.

CERTAMEN III.

Inefficax adhuc intentio, seu voluntas formalis gloriæ prædestinati formaliter in prædestinatione minime clauditur.

1. Hactenus intentionem, seu voluntatem formalem efficacem quauis gloriæ prædestinati in prædestinatione formaliter, neque esse, neque includi adhuc posse, monstrauimus. An vero inefficax saltem intentio, seu formalis aliqua voluntas gloriæ prædestinati formaliter in prædestinatione claudatur, etsi non momenti tanti, quæstio tamen Theologica est in qua Doctores discordant. Affirmant nonnulli, quorum partibus accessisse videtur Valquez prima parte, d. 91. capite quarto, numero 20. tamen si, ut in te parul ponderis, non conatu multo, quo solet in grauolibus, neque exacto rationum, pro ea adhuc affirmatiua sententia examine, ut eius ratio, qua in eam inclinavit ostendit. Alij vero negatiuam partem in hac quæstione tuerentur ita omnes, qui prouidentiam vniuersim in scientia Dei solummodo collocabant relati controversia 5. de prouidentia d. 2. quæstione secunda, id enim ipsum de prædestinatione eius speciem iudicant: tamen actum voluntatis diuinæ electionis mediæ efficacium ad finem intentum gloriæ obtinendum, ac subinde, & eius formalem intentionem concernere non negent, nec possint. Expressæ negatiuam hanc partem docuit sanctus Thomas prima parte, quæstione 23. articulo quarto dicens: *electio est prior prædestinatione*, quæ intentio est in Deo esse priorem prædestinatione. Durandus in 1. d. 41. quæstione secunda, numero vndecimo, quia inquit prædestinatio pars, seu species prouidentie est: Prouidentia vero sicut, & prudentia proximè, & immediate circa mediæ solum ad intentum finem, non autem circa finem versatur, ex Aristotele 6. Ethicor. cap. 9. text. 11.

2. Pro negatiua hac parte standum nobis est, licet non in solo actu scientiæ prædictæ, & directiue ad agendum actu, seu prudentia prouidentiam constituerimus: sed in continuo ex ipsa, & electione mediæ ad finem obtinendum, iuxta dicta controversia quinta de prouidentia disputatione 2. quæstione 1. & efficacium quidem mediæ, si speculatiua, & perfectissima prouidentia obiectiue libera sit, atque infallibiliter certoque cum effectu, aut

Q9 finis

sive intento contingenda ut vidimus d. eadem secunda, questione secunda, à certamine secundo per totam; Ratio autem nostra conclusionis huius petenda est ex nostris principiis iactis controuersia 5. de anima d. de actibus physicis animæ, qua voluitur, quibus tomo 1. de Deo vno controuersia 2. de scientia, & tom. hoc 2. de Deo vno vsi sumus non semel controuersia 4. de voluntate, & 6. de providentia: quia electio formaliter, siue physice, siue intentionaliter vera electio debet esse ex intentione finis, tanquam causa, & ob finem præamatum, ita, ut ex eius finis amore vere, siue physice, siue intentionaliter voluntas ad electionem appositionemque mediorum moueatur: atqui implicat id quod vere, siue physice, siue intentionaliter ab aliquo causatur identificari cum illo, ac non extra seipsum vere, siue physice, siue intentionaliter illud præsupponere: Ergo implicat veram electionem, siue physicam, siue intentionalem formalem veræ alterutro modo intentioni finis formali identificari ac non extra se positam veræ alterutro etiam modo præsupponere. Atqui actus voluntatis, qui cum scientia directiua providentiam omnem, ac subinde specialissimam, & perfectissimam obiectiue liberam providentiam Dei erga prædestinatos suos, siue prædestinationem constituit, vera formalis electio intentionalis mediorum efficacium ad eorum salutem, ut finem, est: ergo nequit vere intentionaliter intentioni finis salutis eorum identificari, ac extra se positam verè intentionaliter non præsupponere.

3. Confirmatur, quia implicat actum imperatum formaliter verè imperatum, siue physice in nobis, siue intentionaliter solum in Dei voluntate, identificari cum actu imperante, ipsumve includere, à quo vere alterutro modo imperatur: ergo implicat electionem mediorum ad finem vere, & formaliter talem cum intentione vera, & formaliter tali finis illius identificari eamve includere. Pater consequentia: quia in hoc quod est electioem vere, & formaliter talem mediorum ad finem supponere essentia sua finis intentionem, ex qua voluntas ad mediorum electionem, siue physice in nobis, siue solum intentionaliter in Deo (vere tamen ac sine ulla rationis figmento, ut sepe hoc & præcedente tomo offendimus) moueatur, & applicetur æque omnino se habet atque vere formalis actus imperatus voluntatis, siue nostræ, siue diuinæ respectu actus, vere & formaliter imperantis (est inter electionem respectu intentionis, & actum imperatum respectu imperantis secundum alia sit diuersitas quam velis) atqui ea solum ratione actus imperatus verus, & formaliter talis, siue physice, siue intentionaliter ab alio actu imperatus, nequit cum hoc imperante alterutro modo identificari: ergo nec electio mediorum ad finem vera, & formalis potest cum finis illius intentione vera formali identificari, nec illam realiter formaliter includere: ergo nec prædestinatio Sanctorum ad gloriam, ut finem, qua veram intentionalem formalem electionem mediorum ad illam continet, & claudit, potest identificari in seve continere formalem veram intentionem gloriæ illius: minus autem longe potest hanc continere, qua scientiam Dei directiuam ad eiusmodi electionem mediorum in se continet prædestinatio: ergo prædestinatio Sanctorum ad gloriam intentionem formalem, vereque talem formaliter salutis Sanctorum nullatenus in se claudit; sed solum vera intentionaliter prioritate quasi naturæ, & physice causalitatis, supponit. Huius vero præsuppositionis ratione electio virtualis, & interpretatiua finis intento dici recte potest: in quo frequentes Patrum locutiones fundantur, qui prædestinationem obinde electionem ad gloriam vocant: quod ita intelligi Recentiores Theologi volunt: ut ad gloriam expresse, & formaliter, atque efficaciter, & ante merita volitam in se faciant locuti: de quo questione 3. breuior nobis quam ipsis, sed iusto tamen fusior disputatio est futura.

4. Dices: argumenta hæc solum probare veram formalem electionem quamvis intentionem finis formalem, & puram aliquam pro naturæ prioritate, vel physico, vel

intentionali supponere debere: ac subinde prædestinationem ad gloriam, qua electionem mediorum ad gloriam includit, eius intentionem formalem puram debere etiam supponere: id autem non obicere, quod minus in electione ipsa mediorum formalis electio, & vera intentio finis, etsi non pura sed mixta sit coniuncta cum expresse etiam, & formali voluntate, & amore mediorum inueniatur: cum vtrumque actum scilicet medium, & finem eodem actu non repugnet, immo id videtur necessarium, cum medium, qua medium, & vile ad finem nequeat à respectu ad finem, quem, qua vile essentialiter respicit, præscindere: ac proinde neque medijs amor à finis connotati essentialiter à medio qua tali posse amorem præscindere. Atque hac fors ratione actus imperati & imperantis paritas euanesceat. Quia forte in ea ab electione respectu intentionis differt, quod imperati obiectum, non qua vile, & respectum ad obiectum imperantis, sed propter seipsum ac bonitatem suam secundum se consideratum possit, ac debeat actu imperato amari. Cæterum quidquid de hoc diffinitionis actus imperati respectu imperantis, & electionis respectu intentionis sit, contra hanc causationem est, quod citatis locis dicebamus. Nempe non posse esse neque exerceri motionem propriam finis, nisi vere præmouendo intentionaliter saltem ad medium electionem, neque hanc veram electionem formalem esse posse, nisi præamatum finem verè intentionaliter supponat: quo circa, etsi finem, & media eodem actu physice & intentionaliter eodem, amari non repugnet, ut verè non repugnet: ut repugnet amari eodem illo actu finem, ut finem, seu vera intentione formali, & medium, ut medium, ac formalis electione, cum finis vera motio respectu eadem actus physice, vel intentionaliter eadem, qui mediorum amor sit, nequeat à fine exerceri, neque eius amor: ac ipse præamatus affectum & animum mediorum præcedere.

5. Dum ergo eodem affectu coamari vnumque, siue vtrumque amorem esse posse eundem, & vnum, nullam in illo veram formalem intentionem nullamque in eo electionem formalem veram separari posse contra solutionis intentum euincitur. Quod autem medium, qua tale pro essentiali bonitatis seu vnitatis sue termino finis bonitatem habeat, & eandem, non probat actu electionis mediorum finis bonitatem amari, ac propter illam expresse amatum, seu potius electione ipsa amandum, actum electionis esse debere: sed solum ex eius præsupposito amore, & intentione formali. Neque enim bonitatis formalis essentialiter etiam connotatum actu, quo obiectum illud amatur expresse, & formaliter amari opus est: repetit in amore penitentia de antea peccato, quod bonitatis & honestatis penitentia terminus essentialiter connotatus est, attamen amore penitentia non amatus formaliter, immo nec absolute, interpretatur adhuc amari à Deo vltatenus potest, etsi amari finis bonitas ab eligente media amari formaliter possit ac proinde electione ipsa interpretatur amorem, atque eo à peccato (qui terminus essentialis bonitatis penitentia est) respectu voluntatis diuinæ dissociet: tamen non ex eo, quod terminus bonitatis, seu vnitatis, ob quam media eliguntur essentialis bonitas finis sit, amari debere electione ipsa formaliter expresse finem (quod repugnare argumenta nostra contendant) sed solum posse, & de facto amari interpretatur per illam ut dixi num 3. sine.

6. Nostris Vasquez pro affirmatiua, in quam inclinatur, sententia, & contra nostram negatiuam electi sunt argumenta, ut illum obiter tangamus de re momenti parui, nec plena ingenij sui attentione digna egisse probent: eo enim omnia nituntur, quod gloria effectus prædestinationis sit, ex Pauli testimonio ad Rom. 8. à nobis d. 1. questione secunda, certamine secundo à numero tertio recitato, & ex sancto Augustino, eiusque discipulis, etque Patribus reliquis, & Theologis certum: ergo in prædestinatione

